cum uno, et indiuidua servitus sit. Quarta species, et quidem ob-
curios est, cum ex duobus dominis fundi communio eras uni pu-
re legata est sub conditione alteri, qui pendente conditione decessit
In qua q. ut in superioribus respondit esse Marcellus signat eras
legati, evanescent, quia neque ab uno eo dominis, cui pure legata fuit
adquiri potest, cum parte tantum habeat in fundo, neque ab utroque
in solidum potest, cum ille cui sub conditione legata est pendente co-
ditione decessit, neque ad haeredem legati transmittat l. unica §. in

ante De caducis tollendis, sique explicanda sunt, et referenda
 ad Legatum in d. l. 3. de servitute legata verba illa pendentē condi-
 tione decussisset cum Ottomano lib. 13. observat (alia et amicitia)
 cap. 23. in qua sit aliter Bartholus, Albericus, et alij in d. l. 3. Aliter
 Cujatius et lib. 1. observat cap. 23. ubi per decussisset reponit dies ces-
 set. Porro ratio illa, quae subiungitur in fine d. l. 3. cum quaestio-
 ni immediata non congruat, in qua non nisi absurdi dici potest
 ab uno ex dominis fundi Communis Solidum fundu q. pro parte in habet
 vindicari ex legato potuisset referenda est omnino ad primam et
 primariam leg. speciem, cuius occasione castitiae, quae sequuntur sunt
 in interpositae evidentes, vel integra eius ratio sit, idcirco Titia et Me-
 via fundum vindicantibus viam Mevia ad fundum relicta, eva-
 nescere, quia neque ad quoniam pro parte fundi potest cum individua
 sit, neque in Solidum cum alterius legatarij, scilicet Titij, qui parte
 in fundo vindicat personarum impedimento Tit. quo minus a Mevia so-
 lidus fundus cum ea possit vindicari. Præterea ex superioribus
 elucidatis est elegans Papinianus responsus in l. cum filius 76. ff. de legat. 2. ubi cum filius
 legatis 2. ubi cum filius de inofficioso test. matris contra singu-
 los eius heredes egisset divisis tribunaliibus (nempe centum
 virorum) qui in varia tribunalia iudicabat de inofficioso test. Titia
 13. l. qui repudiantis 17. ff. de inofficioso test. si ab uno herede
 in uno tribunali victus in alio tribunali alios vicisset
 Papinianus respondet coheredes victos non habiturum præcep-
 tiones seu prælegata ei relicta, quae pro parte coheredum
 valere poterant si victi non essent, nec debent iam possunt, cum
 victi sint, et si filius portiones hereditarias abstulerit, si-
 cut, et pro his partibus actiones alij legatarij non dantur.
 Quamvis competant pro parte coheredis vincentis l. nam et si
 15. §. ult. l. circa 27. ff. de inofficioso test. sed in libertatibus a
 matre test. relicta, quod pro parte inofficioso est pronuntia-
 tum cum individuis sint, ideoque vel in solidum perire debeant

6,

Explicat. l. cum filij
 76. de leg. 2.

vel competere in *Stiduz* suasset eorum favor sic accipi rem du-
 biaz debere, ut competere potius, quam perirent *l. Quibus 30*,
De liberali causa l. domino 16, ad *Senatusconsultu* *Stilianianu*
l. alieno 31. §. 1, de *fideicommissarijs libertatibus l. qui graui 11*,
de iure Codicilloru, proinde una *Saure* *vincente* *directae* *libertatis*
ex test. competunt, et *fideicommissarij* *praestantur* in *Stiduz l.*
cum duobus 13, *de inoffitioso l. iudicatu 29*, *ff. de exceptionibus*
rei iudicati, quod tamen in *proposita* *specie* *producendum* *non est*
ad *seruitutes*, qui pro parte *minui* *non possunt*, ut *inquit* *Papini-*
anus in d. l. cum filio 76, quia quamuis ille *perinde* *ac* *liber-*
tatis *sint* *individa*, *nec* *pro* *parte* *possint* *perire*, *non* *sunt*
tamen *perinde* *favorabiles*, et *ideo* *cum* *pro* *parte* *praesta-*
ri *nequeant* *Stilla* *Summaque* *iuris* *ratio* *facit*, *ut* *omni-*
no *nihil* *praestetur* *l. penult. in fine ff. de iure Codicilloru*
qua, *ita* *accipiunt* *Petrus* *Faver* *lib. 2. semetip. cap. 15*, *Stilla*
nus *Facet* *lib. 3. coniect. cap. 11*, *Cujacius* *lib. 1. §. 9*, *Papini-*
ani, *in l. qui graui 11*, *de iure Codicilloru*, *Aequitate* *tamen*
impetita, *et* *legatarius* *ab* *haerede* *victore* *integram* *seruitute*
petere *potest*, *et* *haeres* *in* *parte* *ae* *estimationis* *seruitutis* *pre-*
stabit, *quia* *individa* *sic* *potest* *ab* *eo* *praestari* *pro* *portione*
haereditatis *qua*, *tenet* *l. loci 4. §. si fundus ff. si seruitus*
vindictur, l. haeres 23. §. an ea ff. familiae evocandae *Stu-*
ante, *filius* *qui* *videt* *paratus* *sic* *consentire*, *ut* *integra*
praestetur *seruitus* *accepta* *in* *ae* *estimatione* *pro* *parte* *hae-*
reditatis, *qua*, *habet* *obstaculo* *doli* *exceptio* *legatario* *nisi* *ae-*
estimationis *parte* *stet*, *idque* *comprobat* *Papinianus* *in d.*
l. cum filio 76, *exemplo* *quartae* *falcidae* *qui* *cum* *non* *possit*
ipso *iure* *deduci* *ex* *legato* *seruitutis*, *quia* *individa* *est* *repet-*
itur *legatarius* *doli* *exceptione* *si* *seruitute* *petat* *non* *obla-*
ta *ae* *estimatione* *quartae* *partis* *l. is qui 80. §. ult. ad l. falcidia*
l. pure 5. §. 1 ff. de doli exceptione, *notat* *Cujacius* *lib. 6. respo-*

Interpretatur. l. gen.
de iure codicilloru.

Sorum Papiniani in d. l. cum filius 76. et lib. 7. q. 3. Papiniani
in l. 5. §. De usufructu.

7
Haec de indivisitate servitutis non nisi stipulatio damni infecti
mihi scriba plebi litteratorum adnotasse interim satis. Jam de
divisitate, vel indivisitate obligationum faciendi, primarij sit demeratio §. plerumq.
clementis, qui proposuimus priori tract. cap. 4. n. 4. et persequuntur promiserint, et pluribus
plenius ex nostratibus, post multos Richardus in appendice ad tit. promittat. An autem unus
Inst. de fidei iudicio cap. 12. Valentinus Illuz lib. 2. tract. 4. cap. 6. solus fuerit dominus adiu-
quidam etiam non passim erulgo nota, aut notata Levi et tumultu-
aria opera colligemus inter quae primum sit, quod deducitur
ex l. 4. §. ult. hoc tit. l. plures 27. l. ex damni 40. §. quoties 2. §. de
damno infecto l. supra 11. §. filii, §. de aqua, et aquae pluviae l.
2. §. ult. §. de praetoris stipulationibus. Nempe stipulatione
damni infecti, qua domini vitiosorum adium loci, vel operis
eo quibus damnum nondum factum in futurum metuitur, qua-
si ea res, siue damnum fuerit praestituros. Et cavent l. in sac
2. §. de damno infecto. esse eoque divisam, ut neque plures do-
mini vitiosorum adium promittere cogantur nisi pro parte quicq.
sua, neque plures domini, aut eorum haeredes, quibus cauen-
dum sit possint stipulari, aut ex stipulatione petere nisi pro parte
sua, unde et in iure interrogatus, quotia ex parte praedij domi-
nus sit Respondere cogitur, ut sciatur, quotia etiam ex parte
cautionum damni infecti praestare debeat l. non alienum 10. ubi
Cujacius lib. 48. Pauli ad edictum l. qui servum 20. §. ult. ubi idem
Cujacius lib. 2. q. 3. Pauli §. de interrogationibus in iure facien-
dis. Et socio, qui in solidum de damno infecto cavet, atque ita etiam
pro socij parte, quia potuit ex divisitate cautionis pro sua
tantum parte cavere, quatenus ultra eam cavet, et negotium so-
cij gessit datur in socium actio negotiorum gestorum, non commu-
ni dividendo l. si communes 40. de negotijs gestis l. si quis 6.
§. si damni §. communi dividendo, cum tamen si unus solus

critiosarum aedium dominus sit, aut in solidum de damno infecto
promittere, cauereque debeat, aut missione actoris in aedium posse-
sione pati, atque eo saltem respectu, et casu ius stipulationis da-
ni infecti individuitati noxalis actionis comparatur. I. enim

Interpretatur. l. aedium
23. de pecul. l. in singulari
23. de damno infecto.

23. ff. de peculio, l. in stipulatione 23. de damno infecto. Quas ita
accipiunt post antiquiores in d. l. in stipulatione 23. Cujatius lib.
2. q. Pauli in d. l. qui seruum 20. §. ult. ff. de interrogationibus in
iure faciendis Traues in rationali d. l. Aedium 23. Caeterum extra
eum casum, et quoties plures domini sunt, a quibus cautio
exigitur vitia multae stipulatio damni infecti, quae ut pote
diuiduam pro sua quisque parte praestat ab actione noxali
quam ut pote indiuiduam singulos dominos serui, qui noxa no-
cui tenentur in solidum constat l. 1. §. noxae 14. ff. Si quadrupes
pauperem fecisse dicatur, cum adductis supra hoc tract. cap. 1.
not. idcircoque cum de actione aquae pluviae ascendae ob opus
in communi plurium fundo factum ex quo aqua pluvia cre-
no nocet dubitaretur, utrum contra quemque dominorum in
solidum dari deberet exemplo noxalis actionis an potius
contra singulos pro parte sua, sicut in actione damni infec-
ti sit obtinuit magis id seruandum in aquae pluviae actione
quod in actione damni infecti. Et consequenter damnari sin-
gulos pro sua diuidua parte l. supra 11. §. officium ff. de aqua
et aquae pluviae, eoque iure utimur, siue ex plurium fundo aqua
noceat, siue plurium fundo nocentur, ut tam respectu actoris,
quam rei diuidua sit petitio, et damnatio, et pro parte fiat
d. l. supra 11. §. quod si fundus, l. si tertius 6. §. 1. ff. de aqua,
et aquae pluviae.

Substantiam tamen oportet, obstat enim quo-
minus progrediamur dignissimus interpretata, aut potius vin-
dice Pauli locus in d. l. supra 11. §. 1. ubi ex casu proponitur si-
ue ex communi fundo, siue communi aquae pluviae nocent, et

unus ex dominis communis fundi, cui noceat egerit, et resti-
 tio operis hinc aestimato, facta sit ceterorum actionem eva-
 nescere. Vel si cum uno alium sit, et in praesentem ceteros
 liberari. Ac proinde supponit, et restitutionem operis, et quod ma-
 gis est hinc aestimatione in solidum, vel uni, vel ab uno praes-
 tati, alioquin si pro parte dumtaxat eius, cum quo alium est fe-
 ret initium, et ineptum esset ceteros pro cuius partibus liberari;
 et difficultas crescit ex eo, quod subiungitur, id quod sociorum no-
 mine datum sit recuperari posse per arbitrium Communi dividendo
 et Consequenter supponitur non sponte, ut in actione damni infec-
 ti, sed individuitatis ratione cogente solidum ab uno ex sociis praes-
 tati ex traditis in d. l. si Communes 40. ff. de negotijs gestis l. suc-
 cedes 25. §. non tantum, et §. si unus ff. familiae excusandae l. si
 quis 6. §. siue autem cum sequenti ff. Communi dividendo. Quae
 pluviae ascendae actio non est dividua, ut stipulatio damni infec-
 ti. Deinde, et quo ad hanc ipsam non est eam dividua, ut diximus
 perveniri ex eo indetis, quod neque restitutio, neque defensio pro parte
 contingere potest ipsi promissori, ut generaliter de stipulatione damni
 infecati, et similibus proditum est in d. l. 4. §. ult. Soc. tit. ad in sti-
 pulatione damni infecati, et venit defensio d. l. si Communes
 40. de negotijs gestis, et venit restitutio operis, l. in parietibus 33. cuj
 legibus sequentibus, l. in reficiendo 41. ff. de damno infecato.

9 His difficultatibus
 enodatis, simulque confirmandis supra traditis de dividuitate
 cautionis damni infecati, et actionis aquae pluviae ascendae obser-
 vandum est rationem propriae eorum individuitatis in eo, consis-
 tere, quod illarum ius et potestas plerumque, et principaliter
 non ad factum aliquod refertur aut obligat, sed ad praestabi-
 ne, incertae pecuniariae quantitates, eius, quod intulerit ob damnum
 futurum, quae sane quantitates, cum sui natura, et omni respectu

Diuidua sit ex notatis supra cap. officii et cautione, actionemque diui-
dua, que eam continet, quomodo haec ratio fieri exprimitur circa cautio-
nem damni infecti in l. 4. §. ult. de praetorijis stipulationibus iuncta l.
damni 18. §. sed si creditor ff. de damno infecto, unde et eam diuidua
esse agnoscunt communiter post Bartholomaeum classicum in l. 4. §. ult. Soc. tit.
Cuyatius ibi et lib. 73. Pauli ad edictum in d. l. 2. §. ult. de praetorijis stipula-
tionibus, Taurus in rationali d. l. si communis 40. ff. de negotijs gestis
quaeque perperam dubitet Cuyatius in d. l. 4. §. ult. n. 97. Et confirmatur cir-
ca actionem aquae pluviae arcendae in d. l. supra 11. §. officium. Plane quo casu
ultra quantitatem, siue aestimationem pecuniariam damni petatur et restitutio
siue demolitio operis, ex quo damnum sequitur, est, quod non nisi aliquando
in cautione damni infecti venit l. nam si non fiet 37. ff. de damno in-
fecto, cum demolitio, siue restitutio operis sit manifestata, et consequens
individa d. l. 4. §. ult. Soc. tit. l. pen. §. quae res ff. de operis noui nuntiatio-
nis l. 2. §. 1. de praetorijis stipulationibus iuncta regula l. stipulationes 79.
§. 1. l. in executione 85. §. secunda Soc. tit. l. 1. §. si unus fructus uero, sed ope-
ris, l. si is qui 80. §. ult. ad l. falcidia, est utique respectu eius restitutionis
individa cautio damni infecti, atque ita facile accipi sententia potest
l. 4. §. ult. Soc. tit. quamuis et alia eiusdem tenoris idonea interpretatio sit de qua
postea, sed et eadem ratione actio pluviae arcendae quatenus individua fac-
ta, respectu restitutionis operis ex quo aqua pluviana nocet et ultra dam-
ni aestimationem datur, ut id opus restituatur, sicut restituitur l. si con-
ditus 6. §. ff. ff. de aqua, et aquae pluviae, est etiam eo respectu indivi-
dua, et ex pluribus dominis communis fundi unumquemque, cum
quo primo actus, sit ad restitutionem operis in solidum adstringi d. l. 4.
§. ult. Soc. tit. Notant ad rem post classicos Donellus lib. 15. comment.
cap. 47. ad finem. Quamuis, ut diximus diuidua sit, et pro parte du-
tagat actoris, vel nisi competat, quo ad aestimationem damni d. l. si
tertius 6. §. 1. d. l. supra 11. §. ff. cum sequentibus.

Hic principij suppositis pro cap.

casus d. l. supra s. 1. a firmandum est, si vel ab uno, vel cum uno ex
 dominis communis fundi, ex quo, vel cui aqua pluvia nocet alibi
 sit aqua pluviae arcendae actio, et restitutio operis scilicet in
 solidum, iuxta ipsius individuitatem, litisque aestimatio facta sit
 sic enim lego intelligiturque damnum ex opere facti, et aqua pluvia se-
 cuti aestimatio, quae vel potest dividua facta fuit pro parte actoris,
 vel rei, quamvis aliter fauer emendans perperam litisque aesti-
 matio de erroribus decade 93, l. 10. Caeterorum actorum actionem
 scilicet actionem aquae pluviae evanescentem, et caeteros nos, eadem actio-
 ne liberavi, illa propria, et privilegata ratione, quonia actio aquae
 pluviae datur, et contestatur de restitutione operis facti ante litem
 contestatam, non vero de damno praeterito ante litem contestatam, aut
 secuto post rem iudicatam, sed de damno futuro, nempe quod ex opere fac-
 to ante litem contestatam, secutum est post eam, et ante senz d. l. si tertius
 6, s. ff. d. l. supra 11, s. ff. l. ante eod. 14, s. in hoc cum sequenti de aqua
 et aquae pluviae. Proinde cum operis restitutio in solidum damnumque aesti-
 matio pro parte actoris, vel rei praestata est extinguitur necessitas cae-
 terorum, et in caeteros actio aquae pluviae, quia nec superest opus, cuius
 restitutio petatur, aut cuius nomine hic contestatur. Neque ex eo opere
 quod iam non est damnum futurum sequi, aut timeri potest. Plane quod
 quid in opere in solidum suo sumptu restituendo, unus ex dominis, cui
 quo actio est ultra suam partem expenderit, et eo nomine sociorum
 dederit, recuperare potest actione communi dividuando, quia id ratio-
 ne communione, et individuitatis facti restitutionis cogente praes-
 tatur, non sua sponte, aut negotium sociorum genus d. l. haeredes
 2, s. non tantum, et s. si unus ff. familiae eviscundae aliter atque
 si rem dividua, qualis est aestimatio damni ultra in solidum pro
 sociis praestata. Quo casu ei daretur actio negotiorum gestorum, ut in
 d. l. si communes 40, ff. de negotijs gestis, d. l. si quis 6, s. si damnum
 ff. communem dividuando. Atque ita interpretantur. ff. supra 11,
 Accursius, et Bartholomaeus ibi, Cujacius lib. 49, Pauli ad edictum.

illa difficultas quam deduximus ex d. l. 4. §. ult. Soc. tit. ut inde
 vincemus. Si stipulatione damni infecti de qua et alij sermo in
 d. 4. ult. individua esse propter individuitate defensionis, vel vel
 iam obligationes omnes in quas factum defendendi deducitur
 individuum iure censentes respectu defensionis, vel probatur in
 l. in executione §. 8. in solido l. cum ex causa 139. Soc. tit. l. si
 rem 62. §. 1. de iudicibus l. 4. ff. si ex noxali causa agatur l.
 Saendes 25. §. 1. si unus ff. familie viciscundae l. non tamen 38.
 l. hie l. 42. §. ult. de procuratoribus l. loci 4. §. sed si duorum ff. si ser-
 vatus vindicetur l. iam tamen 9. §. si tamen l. ex clausula 17. ff. iudi-
 catum solui, ex quibus iuribus ita generaliter defendendi factum
 et obligationem esse individuum docent magis communiter post
 Barthol. clavic. teste Jafone in d. l. 4. §. l. 4. n. 43. Alciato n.
 139. post alios Jaquimus lib. 10. controversiarum cap. 54. et 63. n.
 101. et sequentibus. Sed quod attinet ad cautionem damni infec-
 ti respiciendum creditur esse proprie ac plenamque in eam cautionem
 siue dum peccatur, siue cum ea iam praestata agitur, neque ves-
 titutione operis nisi aliquando, ut supra diximus n. 7. neque def-
 fendendi factum veniri sed obligationem praestationemque aes-
 timationis pecuniarie damni infecti, seu nondum facti, qui quia
 individua est individua cautionem facit d. l. 4. §. ult. de praetoris sti-
 pulationibus ex quo, et apparet verum illum ipi autem in d. l. 4.
 §. ult. de individuitate restitutionis, et defensionis non esse ref-
 ferendum ad cautionem damni infecti, sed ad stipulationem dupli et ope-
 ris novi nuntiatione quibus proprie ea sententia congruit, ut post
 plures explicant Jafon in d. 4. ult. n. 4. Cujatius ibide.

Obligatio faciendi, et que
 de facto sunt individua ut
 cui, nisi. et hinc. et textu
 in l. 4. §. cat. h. n. d.

Superst. ut Suius. Capit. inscriptio postulat, videlicet ut iniqua-
 mus sent. lex, in l. eadem 4. §. Cat. Soc. tit. Suggestimus enim ex
 Suius. Capit. inscriptione obligationes faciendi, et que in falso

Consistunt individuas esse, et probatur stipulationes 72 §. 1. In
 executione 89 §. secunda ad opus 1. 1. §. In usufructu vers. sed opus §.
 ad l. falcidia. Cui principio obicitur distinctio Catonis in d. l. 4. §. Cat. l. 6.
 si obligationi faciendi subiecta sit pena quaerit Paulus, utrum stipu-
 latione commissa ab uno ex haeredibus promissoris contra faciente pe-
 na committatur in solidum, id est ab omnibus haeredibus ut loquitur
 Iuriconsultus, et distinguendum esse cum Catone respondet. Aut fac-
 tum cui pena subicitur est individuum, ut iter fieri aut est dividuum,
 ut amplius non agi, et Titius haeredemque eius rati, habitum; In pri-
 ma specie ubi factum individuum est in solidum penam committi do-
 cet, atque ab omnibus haeredibus promissoris pro portione haeredi-
 taria solvi debere quod unus peccaverit. In secunda vero specie ubi
 factum dividuum est haeredem dumtaxat committente stipulationem
 pro sua parte haereditaria teneri ad penam, docet Paulus. Atque ex
 haeredibus stipulatoris illum solum acturum contra quem petit, est l.
 inter 44. §. Niquis §. ff. familiae excircundae; ex quo colligitur principium
 illud ad verum facta in obligatione, deducta esse individua, nec fir-
 mi, nec perpetua esse. In cuius difficultatis expositione illud in pri-
 mis notandum est obligationes in non faciendo conceptas, de quibus
 in §. Cat. rectissime commemorari inter obligationes faciendi, l. 2. §. itz
 si in factis §. hoc tit. et ibi Cuius, nam obligatio per te non fieri et
 ibidem dicitur consistere in factis. Ratio est in l. in illa 50 §. hoc tit.
 quia videlicet promissor se curatorem exponit ne contra fiat.

1.3.

Celebris est Gu-

ius §. difficultas, qui ut inquit Pauer lib. 3. coniectz cap. 7, non modo explicat. l. 4. §. cat. h. tit.
 obscurissimum tractat continet, sed etiam verba usque adeo ambigua, ut
 circumspecta, recte ex his conici posse videatur. Duplex in eo ver-
 titur quaestio, altera de individuitate atque de individuitate atque
 individuitate factorum, altera de individuitate atque dividuitate
 paenae factis subiectae, quae secunda ex prima pendet secundum
 Catonis sententiam ibi differentiam hanc esse rationem. Quod autem

facta que praeiuste in
faciendo consistunt, hanc
obligatio pergens individua
est.

atque ad diuinitatem atque indiuiduitatem factorum expeditur, ut
si distinquamus facta, que praeiuste in faciendo consistunt, ex
sunt solum solum in uela, fabricari, atque in similia, illi enim
rem obligatio, nisi transierimus ad aeternitatem, pergens indi-
uidua est. L. stipulationes 7 2. L. in executione 4. Secunda ad opus
f. Soc. tit. 1. fiducommissa 11. 4. si in opem 23. et 4. ult. f. De legatis
3. l. 1. 4. si ususfructus. l. si in 83. 4. 1. f. ad l. falcidia quia ut ibi
habetur nullus, ualuerit, aut theatrum, aut stadium, fecisse intelli-
gimus, quia ei propria forma, que ex consumatione contingit no-
dedere. Atque de his factis procedit nostra conclusio consensu
Cujacius ad, l. 2. 4. in factis, f. De uerbis obligationibus Donell
lib. 15. comment. cap. 6. Faues d. lib. 3. coniect. cap. 7. Alia sunt

facta autem quae nec
in faciendo, sed in non faciendo
consistunt, aliqua diuina
aliqua indiuidua sunt, nam
haec stipulatio pertinet
quominus ire agere licet in
diuina est, illa autem ampli
non agi aut Titium ratum
habitorum diuina est, et
quare.

facta, que non proprie in faciendo, sed in non faciendo consi-
tunt, de quibus aliqua diuina sunt, aliqua etiam indiuidua.
Obiurgue exemplum reperitur in d. 4. Cato, nam haec stipulatio pert
te non fieri, quominus ire agere liceat, siue quod idem est iter fieri
haec stipulatio pertinet fieri indiuidua omnino est quo ad obligationem, et ratio illa euenissima assignat
quominus ire agere licet in in l. in executione 4, quod si stipulatus, ibi quonia, licet ab uno pro
diuina est, illa autem ampli, prohibeo, non tamen in parte, prohibeo, quod certum est nam si ex plu-
ribus promissoris haeredibus, me unum tantum ire, et agere pro-
hibuerit in solidum, prohibeo, ac proinde est, ac si omnes haeredes
impediant, nam non magis, eam, atque agam uno prohibente ac om-
nibus, itaque huius stipulationis indiuiduitas, ex iuris ratione
certa est, nam nisi in solidum, peccari in illa non potest, ut loquitur
Paulus. Caeterum aliae sunt obligationes in non faciendo diuinae
verbigratia, amplius non agi, siue quod idem est Titium, haeredemque
eius ratum habiturum, nam huius stipulationis potestas eo spec-
tat, ut amplius non agatur, aut petatur. l. procurator 23. l. amplius
15. rem rata, haberi notat Cujacius ad d. 1. 4. 4. Cato. Nam, autem
stipulationum diuina est obligatio l. iter 44. 4. si quis stipulatus
6. f. familiae exercundae. Ratio autem huius diuinitatis ea est

quia si unus ex his gratia ex promissoris haereditibus amplius egerit
aut ratum non habuerit pro sua dumtaxat parte haereditaria age-
re poterit l. ea que 6. C. familiae excusandi. videlicet, quia tantum pro
parte sua agere poterit; unde est, ut stipulatoris amplius non intes-
sit, quam pro illa parte haereditaria agere poterit pro qua convenit
ab uno ex promissoris haereditibus, aliter atque contingit in 1. specie
per se non fieri, quominus ea, eademque, nam altero prohibente in so-
lidum, intesit stipulatoris, quippe in totum prohibetur, d. 1. in executione
§ 5. §. quid si stipulatus, atque in totum, cavet servitute promissa in spe-
cie vero amplius non agi, aut sibi, ratum habuerit, uno ex haeredi-
tibus agens, aut ratum non habente pro illius tantum parte, qui agit,
et potest intesit promissoris. Qua distinctione cognita expedita est
quo ad hanc partem, huius tractus difficultas, quod eleganter exposuit
Donellus supra loco citato.

14.

Ingenitior adhuc restat huius textus difficultas, que resultat, non ex eo, quod supponitur facta videlicet esse divi-
dua, atque individua, sed ex integra textus decisione; nam si obligatio-
ni facti adiecta sit poenalis stipulatio certae quantitati, et quaera-
tur, an uno ex haereditibus promissoris contra faciente committatur
poenalis stipulatio contra omnes haeredes, an potius contra eum so-
lum, qui contra fecit pro sua portione haereditaria distinguitur inter
obligationem praecedentem, facti dividiui, et individui. Et si dividiui
facti fuerit cum solum haeredem, qui contra fecerit teneri ad poenam
pro portione sua affirmatur in d. 1. §. 4. C. de; si vero facti individui
prior obligatio fuerit contra omnes haeredes pro portione haeredi-
taria poena committitur. Ergo cum obligatio facti dividiui non sit
sui natura magis dividiua, quam obligatio dandi quantitate, et spe-
ciem, quin imo haec dividiua magis, quam illa, quia factum, quatenus
morum, factum est divisione, non recipit 1. stipulationes 72 §. 1. l. in
executione § 5. §. secunda ad opus hoc d. l. 1. §. si usufructus veri, sed
operis ad 1. falcidia, quantitas vero, aut species semper saltem

Stipulatio ex 1. ult.
§. ult. hoc titulo.

in partibus intellectualibus diuisione, admittunt, l. 2, §, et Saru, l. in stipulatio-
nibus 54. hoc tunc necessario fatendum videtur, aut perinde paenam adiectam
obligationi dandi, aut facti diuidui contra haeredes omnes committi
in solidum contra d. l. 4, §. Cato, aut si in obligatione facti diuidui, non
committitur paena nisi aduersus haereditatem, qui contra fecit, et pro
portione illius haereditariae idem fore admittendum paena adiecta
obligationi dandi contra d. l. stipulatio 5, §. ult. Neque in hac diffi-
cultate explicanda animo nostro satisfaciunt distinctio inter obli-
gationem dandi, et faciendi tradita a Ioanne antiquo glossografo
apud Accursium in d. §. Cato verbo solum paenam, quam sequitur
post alios Jason, ibi n. 33. Socinus, n. 28. Connanus lib. 3, conu.
cap. 2, in fine Cifanius in d. l. stipulatio 5, §. ult. Quia reuocatur ei
distinctio exemplum, ea compromissa si arbitrio sententiae non pa-
reatur, quod est paene adiectae obligationi facti, et tamen in ea
idem statuitur, atque in adiecta obligationi dandi d. l. stipulatio 5,
§. ult. ubi considerat ita Donellus, Faquineus lib. 10, controversia
n. 77.

15.

conclutivum in dicitur l.
4. §. Cato. cum d. l. 4. §. ult.

Quare si, et alijs, aliorum traditionibus omissis dicen-
dum est, distinguendas esse stipulationes pnales conceptas sub
conditione negativa si quid datum factumue non erit, adiectasque
obligationi dandi, aut faciendi, de quibus tractatur in d. l. 5, §. ult.
Et pnales conceptas sub conditione affirmatiua, si quid factum
fuerit, et adiectas obligationi non faciendi, de quibus in d. l. 4,
§. Cato, et in l. inter 44, §. si quis, quod ex facto ff. familiae exercitan-
dae. Namque in priori genere conditio negativa sub qua concipi-
untur facit pnales stipulationes indiuiduas. Quia quantum
unus, ex haeredibus partem suam soluerit, vel arbitrio senten-
tiae paruerit, quando tamen alius non soluit, aut paruit, verum est
tamen certum, aut fundum, qui in conditione fuit data non esse, et
arbitrio obtemperatum non fuisse. Quia cum oratio ex universo ne-
gatiue sumitur, aliquid deficient in totum redditur falsa l. si is

qui 13. §. ult. et §. cum ita ff. de rebus dubijs. l. si servus §. si p[ro]p[ri]us
 ff. si quis cautionibus, ideoque vel uno non solvente, aut non p[ro]ven-
 te contra omnes paena committitur in solidum, quasi conditio eius
 extiterit arg. in d. l. inter 44. §. quod ex facto ff. familiae exciscundae.
 At in paenalibus stipulationibus secundi generis, quae scilicet
 accidunt obligationi praecedenti non faciendi, et concipiuntur sub
 conditione affirmativa si contra factum sit obicitur proprie dis-
 tinctio Cato in d. l. 4. §. Cato, nam si dividuum factum fuerit cre-
 ludi amplius non agi, aut centum non peti, sive, quod idem est va-
 lere habere, cum paena committenda conditio affirmativa sit, nem-
 pe si amplius agatur, centum petantur, et uno ex haereditibus
 agente, aut petente, cum non nisi pro parte haereditaria possit pe-
 tere l. eaque C. familiae exciscundae, non possit dici centum peti
 nec committi paena, nisi contra eum solum, qui petijt, idque ex
 sententia potius contrahentium, quae ex forma conditionis d. l. 4. §. Cato
 l. inter 44. §. si quis stipulatus b. familiae exciscundae, quibus inter-
 praetandis, ita distinguunt Donellus in d. l. §. ult. et lib. 15. comm.
 Cap. 6. Richardus in appendice ad tit. Int[er] de officio Iudicis cap. 13.
 n. 223, quamvis aliter Gysanus ad d. l. §. ult. De obligatio-
 ne individua petitione, et dividua solutione, qualis est obligatio de
 evictione Cap. 6. ad l. 4. §. si is qui dupla l. in executione 85. §. in solidum
 l. cum ex causa 139. hoc tit.



 Nihil dicit

De obligatione individua petitione et dividua
soluta qualis est obligatio de luit.

Caput Sextum.

Ad. L. 4. §. si is qui duplam. l. in execut. 85. §. insolitum
l. cum ex causa. 139. hoc tit.

Succedit pro coronide tractatus nobis, quatuor potest
musque ordo obligationum, que individue sunt petitione, et divi-
due solutione, quarum notabile exemplum extat in obligatione ex cau-
sa evictionis; sed ut res proprie intelligatur sciendum est evincere
nihil aliud esse, nisi emptorem iudicio vindicationis vincere, et ei rem
vel possessionem, in domini, aut hypothecae, aut fidei. l. habere licen-
s. ff. de evictionibus, quod cum contingit habet emptor regressus
de evictione, contra venditorem, et eius haeredes. Nam et si venditor no-
teneatur rem venditam emptoris facere l. si ita 25. §. 1. ff. de Contra-
henda emptione, tenetur tamen vacuam possessionem tradere, et cau-
re, at purgari dolo malo l. 3. ff. de actionibus empti l. 1. ff. de verborum per-
mutatione l. 4. ff. de usufructu, et ut emptori habere rem liceat sine in-
terpellatione l. venditor 8. ff. de evictionibus, l. servus 30. §. ult. ff.
de actionibus empti, l. stipulatio 38. hoc tit. in eamque rem, ex na-
tura ipsa venditionis, quamvis nihil exprimat contractus
obligatio de evictione, et re evicta committitur actio ex empto in
simplici et in id, quod interest rem evictam non fuisse l. in venden-
do 66. ff. de contrahenda emptione l. ex empto 11. §. et in primis 2.
et §. idem Neratius 8. l. Titius 43 in fine. ff. de actionibus
empti, d. l. venditor 8. l. si in venditione 60. l. evicta 70. ff. de evic-
tionibus l. non dubitatur 61. cum successor 23. eodem tit.

2

Frequens autem fuit emptor, in casu
 rei vitiae stipulatur, et venditor, repromittit Dupla, scilicet qua-
 titatis siue aestimationis ipsius praedij, quo res vendita fuit, cap-
 caudo, et repromissio ut in venditione praedij, aut rei
 mobilis fractionae aut mancipij, l. emptori 37 in prin. et 4, l. si fun-
 do 53 ff. de evictionibus, l. quod si nollet 31, 4, quia assidua 20 ff.
 de aedilitio edicto, et vocatur stipulatio duplae in iura l. cum ex cau-
 sa 139, doc. tit. l. si mancipij, 34, 4, duplae ff. de evictionibus in ven-
 ditione aut rei vitioris, aut eius, quae accessionis loco venditur
 caudo, et stipulatio simplae recepta est, l. iudicis 11, 8, l. arcta 16,
 l. hoc iure 27, d. l. emptori 37, ff. de evictionibus, l. si donatae 36 ff.
 de donationibus inter, eoque referenda, et explicanda iude mentio
 venditionis simplae in l. si tamen 48, 4, ult. ff. de aedilitio aedicto
 ubi videtur, p. annotat. in Pandectis, Donellus, ad tit. de aedilitio
 edicto pag. 286, Holmanus in Epitomatibus ad tit. de evictionibus n.
 7, poterat, et ex conventionione triplicem, aut quadruplem repromittit, l. si
 filij, 56, l. si plus 34 ff. de evictionibus, l. si curator 9, ff. de iure
 iura, quas illustrat Cujacius lib. 11, obs. cap. 4, et tract. ad Africa-
 num in l. cum et forte 44 ff. de actionibus empti, Faucher lib. 2, conij.
 cap. 3, a quibus perperam, diffundit Cujacius ad tit. C. de evictionibus
 pag. 465, Soane autem non potest ultra duplam, post l. unicum C. de subdij.
 que pro quod interest, plane etiam nihil in vendendo dictum, si potest
 aut evictio, temporali aedilitia actione venditor cogi, ut de dupla
 vel simpla pro qualitate rei venditae caueat, aut repromittat l. 2,
 l. emptori 37, ff. de evictionibus, l. quod si nollet 31, 4, quia assidua
 20, ff. de aedilitio edicto l. ex empto 11, 8, idem Strabius 8, cum 9, sequat.
 ff. de actionibus empti, post evictio, autem si dupla promissa
 non fuit nihil praeter singulum, et id quod interest praestare ven-
 ditor cogitur, l. si in venditione 60, ff. de evictionibus, sed si in ve-
 dendo dictum fuerit, ut dupla promittatur, et postea per errorem re-
 promissio ommissa, aut promissa simpla pro dupla sic potest

l. si tamen. 48. 4. ult.
 de aedilitio edicto.
 l. si dictum. 55. l. si plu-
 res. 34. de evictio. l. si cum
 tot. 9. de iure fieri.

perpetua civili actione ex empto agi, vel ante evictionem dupla pro-
mittatur, aut post evictionem praestetur d. l. emptori 37, §. ult. l. si
dicitur 56, §. de evictionibus, quae ita ex inscriptione ad edictum aedi-
licium cum aliis exponunt Cujacius et Cujacius ad tit. C. de evictionibus
Fauver lib. 2, consilium cap. 3, quamvis non satis haec distinguant
post Accursium et Bartholaeum in d. l. 2, §. de evictionibus Donu-
lus in l. si sibi 25, n. 1. C. de evictionibus, et in l. 5, n. 7, Soc. tit.
Vuesembeguius ad tit. §. de evictionibus, n. 3, et 4.

Sed quamvis in
moribus regioque iure nostro venditor ad cautionem duplae pro eui-
ctione, nec compelli possit, nec soleat, l. 32, in fine, ubi Gregorius glo.
ult. tit. 5, pariter, quia nec romano iure, nisi ex consuetudine regionis
exigebatur l. si fundus 6, §. de evictionibus, l. quod si nollit 31, §. quia
affirma §. de aedilitio edicto, in casum tamen, quo interposita ca-
utio fuerit, et ad obtinendum antiqui iuris partem licetam practica
opere erit inter actionem de evictione ex empto, et eam, quae ex stipula-
tione duplae nascitur in ignota differentia paucis complecti. Qui-
bus explicandis praemittendum, et formam cautionis duplae eam
esse, ut venditor emptori stipulanti promittat rem emptam habere li-
cem, neque iure et iudicio evinci, et si de ea re partem eius emptori co-
trouersia fiat venditori, denunciati, defensionem adfuturam, item dolum
malum habere, abfuturumque esse, et si quid contra factum erit qua-
si ea res erit duplum praestari, vel colligatur ex l. si servus 2, l. si dic-
tum 56, §. in stipulatione, l. habere 57, §. de evictionibus, l. si cum fun-
dum 68, §. 1, §. de contrahenda emptione l. stipulatio 38, in prin. et §.
si quis dolus 13, Soc. tit. notant pleniorum formula, proponentes Cujacius
tract. 6, ad Africanum, in l. non tamen 24, §. de evictionibus, et ad eundem
tit. in C. in prin. Notmanus in Epitomatibus ad tit. §. de evictionibus
n. 3. Deinde, et praemittendum, et utramque actionem, ex empto, et ex in-
terposita stipulatione duplae, ita simul pro evictione competere ut
sit in electione emptoris, quae ut vult, l. sed et si 18, §. de evictio-

nibus l. si tibi 25. C. eodem tit. ubi Donellus n. 16. Molina de iusticia
 th. 2. tract. 2. disp. 560. neque audiendus Antonius Favus lib. 3. Conect
 cap. 1. et de erroribus decade 70. error 6. qui deceptus evulgata lectione
 l. 1. §. cautionale ff. de Praetorij. Stipulationibus ubi scriptum est ergo
 est. et ut sit novatio intercedunt. cum venio f. lorenana lectio sit. quae
 ita habet. et ut sit nova actio. concedit interposita duplae stipula
 tione. actione. eo empto. novari. et consumi. Idemque ex stipulatio
 ne. super se. cuius argumenta. et sentz refertur Illigerus ad Co
 nelluz lib. 13. cap. 4. tit. 1. f. r.

4 Quibus ita positis primaria inter utramque
 actionum differentia. et ea qua pendet exclusio. et connexae sunt. quae
 sequuntur. ea est. quod actio ex empto pro evictione. cum bonae fidei
 sit. actz Inly de actionibus lationem. liberioreque ex utraque
 parte emptoris. et venditoris interpretacione. aequitatis admittit
 l. ex empto 11. §. ult. Verz. ibidem ff. de actionibus empti. alio autz
 ex stipulatione dupla. ut poci. Stricti iuris d. §. actz Stricti etiam.
 et praecisse id. quod in stipulatione. deducit. et complectitur. l. si
 dictum 56. §. in stipulatione ff. de evictionibus. l. quidquid 99. doc
 tit. notat ad rem Cujacius lib. 23. §. Papiniani in l. si quod ex
 Lampada. 73. ff. de legatis 2. et lib. 28. in l. si cum venditor. 66.
 §. ult. in fine ff. de evictionibus. cui differentia. in primis se
 cunda illa consequens. aut consentanea est. nempe in actione ex
 empto. cum bonae fidei sit. ultra praetiz rei venditae. praesca
 dum esse emptori. quantumcumque eius propter rei utilitates
 vel impensas in ea factas interest. rem evictam non esse. l. ve
 ditov §. l. si in venditione 60. ff. de evictionibus. l. si controversia
 9. C. eodem tit. l. Titius 43. in fine ff. de actionibus empti. dum
 tamen id. omne. quod interest. non excedat dupla. aestimatio
 nis rei. nisi. contra venditorz qui sciens alionz. vendidit. l.
 cum et forte 44. l. idque 45. in prin. et §. 1. l. Iulianus 13. ff.
 de actionibus empti. l. cum fundus 48. ff. de evictionibus

iuncta l. unica C. de sententijs, que pro eo quod interest, ubi post
 Clapitos, et Rebus, n. 17, Cujacius in recitationibus ibi et tract.
 ad Africanum, in d. l. cum et forte 44, Donellus lib. 26, commentz
 cap. 19, et sequentibus, Forcatulus dial. 34, Gratianus discip.
 forensiu, 2, tit. cap. 205, at in actione ex stipulatione pro evic-
 tione, non nisi præcisse simpli, vel dupli præctij in stipulatio-
 ne, deducti peti potest, l. si ubi 25, in fine, ubi differentia hæc
 insinuatur C. de evictionibus.

5.

Differentia alia inter actionem
 ex empto et actionem ex stipulatio-
 ne simpli et dupli, hæc in actione
 ex empto cum res evincatur
 inspicitur cum maiore et bonitate
 rei, tempore quo evincitur, ac
 in act. ex stipulatio. inspicitur
 præctium rei, quantum fuit
 tempore venditionis et sti-
 pulationis.

Iuxta et superioribus proxima
 differentia est circa tempus, quo præctij rei evictæ expetitur.
 Namque in actione ex empto, ut sciatur, quantum emptori
 pro præctio rei evictæ præstandum sit, inspicitur aestimatio
 et bonitas rei, quanti erat eo tempore, quo evicta est, et siue
 aucta, siue diminuta evictionis tempore fuerit non præ-
 statur emptori nisi quanti tunc est cum evincitur, quia neq[ue]
 amplius, neque minus emptoris interest rem evictam, nec est
 idque ipsum, quod tunc interest ei ex natura emptoris, et
 bona fide præstari oportet l. venditor & l. evicta 16, l. si cum ex-
 ditor 66, ult. l. evicta 70, ff. de evictionibus. l. Titius 43, l. idq[ue] 45,
 ff. de actionibus empti et contrarii in actione ex stipulatione sim-
 plae, vel duplæ inspicitur præctium rei, quantum fuit tempore
 venditionis et stipulationis l. bonitatis 13, ff. de evictionibus hoc
 est præctij in venditione conventi, quod, et in stipulatione, deduc-
 tum esse intelligitur, l. si furdo 53, ff. de evictionibus, ex qua ita
 Cujacius in d. l. unica C. de sententijs, que pro eo quod interest,
 Donellus lib. 26, commentz cap. 20, Faquineus lib. 1, contro.
 cap. 48, et ideo siue melior, siue deterior, post venditionem, res facta
 sit, et tota evicta fuerit, neque auctior, neque minoribus quanti-
 tas evictionis ex stipulatione duplæ, sed illud ipsum præctium
 duplatum, quod in venditione conventi, et in stipulationem
 deductum est, l. ex mille 64, in prin. vers. si totus ff. de evictio.

l. bonitatis 13. de evictio.

l. ex mille 64. de evictio. cum §. ceterum. 3.

plane si pars rei venditae, cuius sit distinguendum est, nam
 si euincatur pars certa, in qua et separatum certae praetium
 constitutum, in euendendo fuit, aut pars incerta, et quota pro
 indiviso, veluti quarta, aut quinta duplatur et pro rata pars
 respondens praetij in venditione, et stipulatione duplae con-
 uenti, l. 1. l. si fundo 53. d. l. ex mille 64. in prin. ff. de euictionibus
 Sin autem euincatur pars certa fundi pro diuiso, quae in venditi-
 one certo praetio separatum aestimata non fuit, etiam in stipu-
 latione duplae pro euictione praestari debet dupla aestimatio-
 nis, non pro modo, aut numero iugerum, totius fundi, sed pro bo-
 nitate, et qualitate partis euictae alieno praetio, et tempore
 venditionis d. l. 1. l. bonitatis 13. cum l. sequenti, l. qui fundus
 45. l. ex mille 64. §. ceterum ff. de euictionibus l. penul. ff. de
 aedilitio edicto, nisi in duobus casibus, qui extant, in l. si
 seruum 4. §. 1. ff. de actionibus empti l. sed si quid 15. ff. de euic- l. si seruum. 4. §. 1. de
 tionibus, de quibus plenius Caualinus, in tract. de euictio. actio. emp. l. redi quid 15.
 in additionibus ad §. 4. Pereira de emptione et euictione de euictionibus.
 cap. 31. n. 40. Donellus lib. 13. com. cap. 4. et in d. l. si libi
 25. ex n. 8. C. de euictionibus, et ad eundem ff. h. in reci-
 tatione d. l. ex mille 64. Cujatius ibidem 7. §. Papiniani et
 lib. 26. obs. cap. 37. notae Valentia Musz lib. 2. tract. 4.
 cap. 3. ex n. 24. nouissime Alfonso de Gusman de euictio,
 cap. 45. n. 4. et 21. cum sequentibus.

6. Quarta latetque patens in-
 ter actiones ex empto, et ex stipulatione duplae differentia est
 actiones ex empto pro euictione competere non solum si res
 ipsa vendita, aut propria pars eius, sed et si qualiscumque
 pars rei, aut accessio euicta sit, quam emptori venditorem
 praestare ex bono, et aequo oporteat, l. quod si nothit 31.
 §. ult. de aedilitio edicto, l. ex empto 11. §. si quis rem 17. de

alio, empti, l. euicta 26. de euictionibus, veluti si euinctus par-
tus ancille pregnantis venditur, aut Saereditas seruo empto
delata l. venditor 8. de euictionibus, l. non quocumque 82. q. Julia-
nus 4. de legatis 1. l. si quod ex Pamphila 73. de legatis 2. aut
columna domus empti l. cum qui 8. si autem 1. de usufruptionibus
diuersum est in stipulatione duplae quocumque iuris, et interpretati-
onis strictae sit non committitur, nisi res ipsa vendita, aut pro-
pria pars ipsius euicta sit l. nave 36. de euictionibus, et ideo non co-
mittitur partu ancille, aut facta vacce venditur euictae l. si p. magna
42. cum l. sequenti de euictionibus, sicut neque sementis singu-
lis domus, aut tabulis, vel schafa nauis euictis schafa 49
d. l. nave 36. de euictionibus in qua auctores sinopis Ba-
siliensium lib. 19. tit. 11. cap. 32. ad illa verba d. l. 36. nec euictio-
nis nomine obligatur venditor duplent in duplente eade
distinctione inter actiones ex empto, et ex stipulatione duplae
concordandis locis laudatis utuntur post Accursium in eisdem
et Schobriatum sinopis d. tit. 11. cap. 36. Cuius ad Julianum
lib. 13. ff. in d. l. venditor 8. et lib. 58. in l. vacce 43. de euic-
tionibus et ad Paulum lib. 53. ad edictum in d. l. si p. magna
42. et ad Papinianum in d. l. si quod 73. de legatis 2. Pacius
centu. 9. q. 36. Tabro de erroribus decal. 60. cap. 4. ad finem Be-
nedictus Pinelus lib. 2. Sallustii cap. 1. n. 36. Amaia lib. 3. obseru.
cap. 1. q. 2. n. 54.

Itane si pars, que proprie pars sui venditur
sit pro diuiso, aut indiuiso euinctus, etiam ex stipulatione
duplae pro euictione agi possit, quamuis Accursiani dubita-
uerint dubitandum non est l. l. d. l. nave 36. l. ex mille 67.
de euictionibus, qua propter, et euicto usufructu rei vendite
quia portio in ista optinet, l. cum filius 76. §. dominus
l. Memius 66. §. fundo de legatis 2. l. qui usumfructus 58. Societ.

stipulatio dupl^e committitur, l. sed si quid 15. §. 1. l. vacce 43. l. si
 ab emptore 49. de evictioibus l. in vendendo 66. de contrahen-
 da emptioe, sicut, et committitur evicto usu superficie emphi-
 teusi, aut possessione, que et portiones quodammodo sunt iuris
 rei vendite quod habere licere promittitur, et evictis illis mi-
 nuetur l. stipulatio 38. §. si quis forte 3. Soc. tit. l. 1. §. si soli
 cum §. sequenti de superficiebus, non autem servitutibus pro-
 priorum evictis, quia qualitates potius sunt, et accidentia fun-
 di, quam portiones, neque emolumenta rei continent, quia re-
 ctius evictis illis habere licet, et ideo ex stipulatione de evict.
 venditor qui ignorans, et simpliciter fundum vendidit non tenet evicta servi-
 tute. l. penultima de evictioibus, l. in vendendo. 66. de cont. empti.
 dicitur l. Maevius 66. §. fundo de leg. 2. neque ex empto in id quod in-
 terit, sed estimatoria in id quod minoris emitit emptor si servitutem
 servitutem impostam, que evicta est. l. quoties 61. de adilitio adicto. l. sed
 si quid 15. §. 1. de evictioibus, ubi pro voce servitus reponit servitus post
 Orosium Cuiacius lib. 2. ob. l. 20. et tract. 6. ad Africanum in lege
 fundum 46. §. 1. de evictioibus, Fornius lib. 3. rer. quotidianarum
 c. 26. tenetur autem de evict. ex empto non ex stipulat. dupl^e si vel
 sciens venditor servitutem celavit emptori ignorant. l. 1. §. 1. l. quareo.
 39. de act. empti. l. qui libertatis 69 §. penult. de evictioibus vel
 fundum liberum sive ubi optimus maximusque est vendiderit cum ob-
 noxius tam est servituti, que postea evicta est quo casu tam est
 empto, quam ex stipulat. de evictioe tenet venditor. l. cum fundus
 48. l. pen. de evict. l. si quis fundum 35. de actio. empti. l. si cum
 vendens 59. de cont. empti. l. traditio 20 §. 1. de adqui. rerum. dom.
 l. qui ubi 90. l. si cum fundum 126. l. non tantum 169. de verb. signif.
 vel denique si servitutem specialiter vendat, aut cum fundo vendito
 debet dicat. l. si quis pro fundum 10. l. fundum 46 §. 1. d. l. penult.
 de evictioibus l. tenetur 6. §. si tibi cum §. sig. l. si tibi §. de act. empti.
 l. qui.

L. qui fundum 40 § 1. L. cum manu 80 § 1. de cont. empt. hodie autem apud nos indistincta emptor euita seruitute potest ad restitutionem emptionis exigi nisi iuxta L. 63. ubi Pomponius inquam Ergonius tit. 4. part. 4. Pomponius lib. 2. iur. cap. 2. n. 49. Surman de euitio 69 c. 44. n. 19. Duar. Cuius. Donel. et Esfanus ind. l. stipulatio 38. §. si quis forte hoc it.

Neque superiorum assertioni de mittenda stipulatio duplici etiam euita parte obstat quod scriptum est in L. si dicitur 64. §. in stipulatio de euitio 63. nimirum in duplici stipulatio aduentionem partem exprimi necessario debere, ut parte euita mittat stipulatio quo ego Martinus apud Accursium in L. gloria 1. de euitio. et post alios Franciscus, Pan. Corbinus et aliorum c. 29. contendunt non mitti regulariter stipulationem duplici euita parte, nisi uel specialiter in stipulatione euitio partem promissa sit d. l. §. 6. §. in stipulatio. uel pars fundi euitatur quia ea quoque pars fundus est. dicitur L. l. ex mille 64. de euitio. uelita L. lorum 60. de l. ceterum assertionem nostram uentura, quae et ut certior, neque tunc respondere potest quod proponit in d. l. §. in stipulatio. non in unum uel esse, sed singulare in homine uendito, sive cum homo uenditur, quomodo scribitur, et in eam regulam esse inueniat in d. §. in stipulatio. quia cum homo emptus etiam si pars eius euitatur dominii iure, si tamen iussu emptoris accipiat, uel stipulatur, aut ex re eius, aut eo animo, ut ei soli adquirat, perinde emptori adquirat in solidum, ac si in solidum emptoris euitatur. L. lorum §. 6. de stipulatio seruorum. non potest eo saltem respectu uideri homo euitatur ac nec proprie quidem pars eius etiam si emptori pars euitatur. d. §. in stipulatio. quamuis diuersum sit quod iudicio in unum diuidendo contra emptorem proposito seruum emptum fuisse cum alio munere apertum, et aduersario adiudicatus sit, quia eo casu totus homo euitatur, et ideo stipulatio duplici mittitur. L. si mancipium 34. §. 1. de euitio. docent post Bart. in L. 1. de euitio. Donellus in uentura. ad hunc tit. pag. mihi. 334. Surman de euitio. cap. 45. n. 14. Papius cent. 4. §. 34.

*Quinta porrimaque
ordine non dignitate, et usu differentia uenatur circa genus, effectumque
euitiois*

Evictionis, quam emptor pati debet, ut exempto aut stipulat' duply agere
 possit. Namque in primis quoad genus evictionis in stipulat' duply ut con-
 mittatur rem iudicio evictam ei oportet, et e converso in actione exempto
 sufficit qualecumque evictionis genus, etiam sine iudicio per quod rem
 habere emptor non sicut. L. non tamen 24. de evictio. idcirco si emp-
 tor servu' a non domino venditi, heres postea domino existens, quia iam
 evictus ei servus non potest, cuius iure hereditario dominus factus est
 non mittitur stipulatio duply, et tamen quia eum servum habet iu-
 re hereditario non iure emptoris perinde censetur, ac si quodammodo
 evictus esset, et ideo exprimi potest exempto de evictioe iuxta tex. sic
 explicandos in L. si venditorij. 9. L. si et 41. § 1. de evict. unita L.
 servum 29. in fine d. mandati. notat Cuiacius tract. 6. ad Africanu'
 in L. non tamen 24. de evictio. Don. in com. ad eum tit. pag. 321 fab.
 in ratio. d. L. servum 29. in fine d. mandati' Gurmari de evict. c. 51.
 n. 4 et 22. quamvis eandem differentiam capere potius quam capiat idem. c.
 15. n. 5. et 48. ex eadem iuris rat. si legatarius sub conditione ignorans rem
 sibi legatam a b. herede emerit, potest postea conditione existente a legato
 agnito repetere ab herede pretium actione exempto. L. cui res 29. iuncta L.
 Julianus 13. § si fundum 24. de actionibus empti, non tamen de evictioe.
 agere, et stipulat' duply. l. habere 57. § 1. de evict. et ideo act' exempto
 quia quodammodo postquam conditio legati extitit evicta res emptor' est quia
 iam habere ei licet non emptoris iure. L. huiusmodi 84. § qui servum
 de leg. 1. sed potius iure legati. L. 4. ad leg. falcid. ideo autem pretium
 repetit, quia quamvis ei qui rem ex causa lucrativa legati habet, pe-
 titio pretii dari non solet §. si res aliena 6. Inst. de legatij. in propo-
 sito tamen non intelligitur proprie emptor rem ex causa lucrativa le-
 gati habere, quando ei pretium abest. l. plane 34. § quod si rem 7. de leg.
 1. quo referenda, et explananda ita ratio illa est. quia non ex causa le-
gati rem habet in d. l. cui res. 29. de evict. inquam de actionibus empti
ubi post Accur. Cuiacius et hb. 16. quaest. Pap. in l. 4. ad legen-
falcidian

fallidiam reiuta emendatione fab. 4. coniect. c. 14.

Quoniam quoad effectum 20.

evictionis, atque, ut ex stipulat. duply agi possit neque ut rem emptori sui-
ci, aut litij confirmationem cum effectu, ita ut iam res, aut confirmatio abducta
sit. l. evicta 16. § 1. l. si servus 22. § 1. l. habere 57. de evictionibus
l. 3. Eodem tit. motam autem Trouensiam esse, aut etiam indemnatum
emptorem quando sententia executioni mandata, et cum effectu res
vel confirmatio ablata non fuerit, non sufficit ut stipulatio duply com-
mittat l. habere 57. l. si plus 34 § mota de evictio. late Surman
de evict. c. 14. proinde quod supponitur. in l. stipulatio 38. § si quis forte 3.
hoc tit. controversia mota in iudi. stipulationum habere licet intelligendum est
